Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

℣. potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur. Ewm. Si quis multum uenire, Oratio mea munda est. Offertorium. Ecce peto ut detur locus nostri mei in celo quia ibi est iudex meus et conscius meus. Si ex celso ascendit ad dnm deprecamur eum. Hostias dne quas. Secreta. Ubi offerimus ppitius respice, et intercedente beato laurentio mrte tuo uinculis pcorum nrorum absolue. Co. Qui multum uenire. Pcom. Oramus omps ds. ut triumphum beti laurentii martyris tui que despectus ignium consumauit in terris. perpetua celorum luce conspicium digno fruere fruendum. In die sancto. Confessio et pulchritudo in conspectu eius sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. Pe. Cantate dno canticum nouum quia mirabilia fecit. Oratio. Deus qui omnes ; Oro.

uiciorum nrorum flammas extingue. qui beato laurentio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Ad corinthios. Fres. Qui parce seminat ; parce et metet. Et qui seminat in benedictionibus ; de benedictionibus et metet. Unusquisque prout destinauit in corde suo : non ex tristicia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in uobis ; ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus ; iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti et panem ad manducandum prestabit ; et multiplicabit semen uestrum ; et augebit incrementa frugum iustitie uestre ;